UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

84. Milites, an ratione feudi subjiciantur judicibus feudorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

ſed Judice ſuo Eccleſiaſtico *cap.12.Concl.1.nu.19.fol.290.* citatque in eandem ſent- tiam Schraderum *De Feudis ſect.2.nu.34.& ſeqq.DD.cap.ex parte de foro comp.* etiamſi in Feudi inſtitutione privilegio miſerabilitatis eſſet renunciatum, *Roſentall. Concl.1.nu.20.*

QUÆSTIO LXXXIV.

Milites in Cauſſa Feudali, judicibus Feudorum an ſubjiciantur?

RESpondetur breviter, quod licet milites fori privilegio gaudeant, conveniri que niſi coram militum Præfecto non poſſint *l. Magiſtro C. de Juriſdict. om. Jud. l. de omnibus ff. de Cuſt. reor. l.2. ff. De Remiſſ. cap. nullus omnium 7. quæſt.1. Spec. de Remiſſ.* Attamen feudalibus in cauſſis juriſdictionem Judicum Feudalium ſubterfugere non poſſunt. *Schrader. de Feudis part.10. ſect.1. nu.10. nu.3. & 18. Roſentall. de Feud. cap.12. Concl.1.nu.15. & ſeqq.*

QUÆSTIO LXXXV.

Exempti an ſub ſe habere poſſint Curiam Sæcularem?

EXempti quibus Juriſdictio competit, poſſunt habere ſuppoſitum ſibi aliquod inferius Tribunal ſeu Territorium ac juriſdictionem ratione bonorum ſuorum, quibus adhærere ſolet juriſdictio, *Bald. c.1. de eo qui curtim vendidit & in l.1. §. hac autem ubi Barth. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe,* uti de Curia Tenantium pagi de Dilſen propè Stochemium Oppidum Diœceſis Leodien. ad Capitulum S. Servatii reſpectu bonorum ſpectante Reſpondit D. Wameſius *Conſ.67. de Judiciis & conſ.175. de appellat.* Illud hic (perargos) queritur, utrum ejuſmodi Curiæ cenſeri debeant Eccleſiaſticæ vel Laicæ? ſi Judicum conditiones, qui plerumque Laici ſunt, intueamur, Curiæ videbuntur Laicæ, At verò ſi perſonarum & bonorum unde judicandi poteſtatem deſumunt, intueamur, jure repræſentationis atque ſurrogationis eodem jure cenſeri debebunt, quo illi quos repræſentant ac referunt, & quarum reſpectu jus dicunt, *Barth. d.l.1. §. hac autem. Wameſ. d. Conſ.67. nu.5. in fin.* Comparationem porrò ſuperioris ad inferiorem, metiri oportet non ex perſona appellantis, neque etiam ex genere cauſſæ, ſed ex perſona judicis, à quo provocatus, ut qui eum ex majore magiſtratu vel ordine; ſuperioritatem vel juriſdictionem habet, ab eo judicatum, vel emendet vel confirmet. *Wameſ. cap. ſi duobus §. denique eap. de app.* & conſequenter ab ejuſmodi Curiis appellatio interponenda erit, non

ad